1158 remanet, convalescit, per civitates Italie pro recipiendis obsidibus et iuramentis eorum mittitur. Quantos et quales dolores et gemitus in remanendo cum episcopo et caros nostros in terram suam dimittendo habuerimus, Deus novit. Rex feliciter cum suis in terram suam revertitur, qui Prage in civitate sacra a clero, principibus, nobilibus et populo receptus laborum Italie non inmemor feliciter regnavit. Has autem civitates eorum iuramenta et obsides et plurimam domno nostro episcopo ab eis pro expensis et pro honorario recipientes pecuniam peragravimus: Brixiam, Mantuam, Veronam, Cremonam, Papiam, Parmam, Placentiam, Regium, Mutinam, Boloniam.[1] Alii (domni) imperatoris nuntii pro eodem negotio exequendo per alias civitates mittuntur. Imperator autem Mediolanensibus sua conlata gratia generalem curiam omnibus urbibus Italie Runkalie, supra Padum

Nov. 11 non longe a Placentia, in festo beati Martini[2] indicit. Ubi antiquorum imperatorum confirmatis legibus et suis ascriptis Mediolanenses in suum

á

ursprünglich indicitur, nur radiert P

1) Aus der Abwesenheit des Vinzenz erklärt sich wohl, daß er so wenig über den ronkalischen Reichstag berichtet.

2) Ebenso Otto Mor. 58, Rahew. IV, 53, S. 228. Beginn nach Otto Mor. 59 erst Nov. 22; Friedrich urkundet in Ronkalia schon Nov. 17 (St. 3819).